

Xylocolla, Gluten uulgare, apud Dioscor. lib. 3. cap. 100.

Xylon Scythicum, id est, lignū Scythiū, Tapfia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 159.

ξύλορια χλωρά, uirentes surculi, seu cremia uirentia.

X Y R

Xyris, syluestris Iris, Diosc. lib. 4. cap. 25.

X Y S

ξύματα, intestinorū in dysentericis uelut ramēta, alias strigmēta. Vide, Strigmēta.

Xyfici, uel spiculatoris medicamina quædam, citantur ab Aecio ferm. 10. cap. 26.

Z A

Zador, Zeduarā, interprete Aecio ferm. 11. cap. 12.

Zalia, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Zapetion, compositionis genus est ex moscho, agallocho, & orientali succino. Est etiam illud, quod ex mure odorifero colligitur: dictum & Zibectum. Vide Herm. Barb. Coroll. 20. lib. 1. Lege, Net.

Zaritheia, Polygoniū, apud Diosc. li. 4. ca. 5.

Z E

ζέα, Rosmarinus fructifera,

Zea duorū generum est. Vna simplex: alia in geminis putaminibus, grana bina iuncta gerit: ob id Dicoccos appellata. plus quæ hordeū alit, ori grata. Diosc. lib. 2. cap. 99.

Plin. lib. 18. ca. 8. Nostri speltę semē uocāt.

Zeduarā, Lege, Zador.

Zenonem illum Herophili discipulum, citat Galenus libro Definitionū medicinæ.

ζεφουοι, ab occasu uenti.

Zerraneola, auicula galeritæ similis, nisi quæ capite in terram nidificat.

Zerma. Non existimo differre ab impetigine: licet Zermę nomen ei tantum, quæ ad hulus peruenerit, falso adaptent Barbari.

Zestolusia, feruentis aquæ lauatio.

Z I

ζιγίε, Cassia adulterata, & reiecticia. Lege, Casia.

Zinziber, uel Gingiberis, sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. Qua uirente, ad multa perinde ad quæ nos Ruta, utuntur. Huius radices Cyperi modo paruę sunt, candicantes, & odoratæ, atque piper sapore imitatur. Eligi debent quæ teredines nō nouerunt. Diosc. lib. 2. Plin. lib. 12. cap. 7.

ζίτα, id est, spelta.

Ziziphum, arbor non pridem in Italia nota: ex Syria enim ad nos peruenit. Puto id esse quod Zizipha creat.

Z O

ζομήρισις, instrumentum aquinarium, per quod inquit Paulus, pueris supinis ori imponitur clysteridion, fortem habens auliscum: atque per id aloë eis inseritur, ut uermes eijciant.

ζωμός, id est, brodium, uel ius.

ζώμος εκ τῶν νεαρῶν ἰχθυῶν, brodium ex recentibus piscibus.

Zonitis, Cadmię species. Diosc. li. 5. ca. 75.

Zoonychon, Leontopodion, apud Diosc. lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, Semperuium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

ζωόφυτα, id est, plantamina, ab natura inter animal, plantaque ambigua. Philo. de mun.

Zopissam aliqui aiunt, inquit Dioscorides, derafam nauibus resinam cum cera, quam alij Apochyma appellant, & dissipandi naturam habet. Diosc. lib. 1. Plin. lib. 16. ca. 12. efficacior omni resina & pice traditur.

Zopyron, Clinopodion. Diosc. li. 3. ca. 108.

ζώπια. Lege, Zopissam.

ζώσις, ignis sacri genus, hoīem ambiēs, teste Plinio, qui & enecat si cinxerit. li. 26. ca. 11.

Zoster. Lege, Ignis sacri.

Z V C

Zucharum. Lege, ελαιόμελι.

Zucharum Candiæ. Ibidem.

Zuccarum Candi, id est, candidum, ad modum Cristalli. Sic enim Saladinus.

Z Y

Zygis, Serpillum, apud Diosc. lib. 3. ca. 44.

Zygnis, lacertarum generis, apud Aristot.

Zymites panis, panis fermentatus.

ζύγγυβες, falsum cognomen pseudocinnamomi. Sed est Xylocinnamomum præbens quandam Cinnamomi faciem.

ζυγγύβες. Lege, ψευδοκινναμόμου.

ζύθος εκ τῆς κριθαί, potus ex hordeo. Fit & ex hordeo potus, quem κῆρμι uocāt, eoque sæpe potu pro uino utuntur: uerum dolo rem capitis mouet. Græce ποκάδιον.

C A R G E N T O R A T I

apud Ioan. Schottum. 14. April.

Anno Christiano. 1534. 7

Manardus in epistolis
de hoc aliqd. hinc. Vm
Philippus Epigrammati
apud Græcos scriptor fr
simus inter cocoyu
uasa. Vultano deditata
ζωμήρισις ueritet
et per epitheta. propri
medū uidet indicari
qualonā uasis gong
mullugat. Extat ritu
lo 17. lib. 10. Idem
manardus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]





